

Limbū superioris tabulæ quadrangularis, itemq; circularē  
rem Æquinoctialem in partes competentes distribuere;



V M iam, ut paulo ante dictum est, superiorem illam quadrangula-  
larem tabulam, huic inferiori tabulæ ritè applicuisti, ea tibi in hunc  
qui sequitur modum describenda uenit. Itaq; centrum in medio  
eius quam potes diligentissimè inuestigabis, quo inuento, pinge  
mediante circino, in eminentia iuxta capacitatem eius limbū,  
ducendo circumferentias non minus quatuor, quæ tria contineant  
spacia, quorum primum horis 24 diei & noctis assignabitur. Al-  
terum graduum numeris 360, à quinq; in quinq; inscribendis, adnumerabitur. Ter-  
tium uero singulis 360 gradibus distribuendum, quorum quilibet quatuor, unius  
empē horæ, minutias numerabit. Et hæ quidem singulæ circumferentiæ ex uno  
taxat centro exordia sua ducunt. Quas deinde in quatuor partes æquales scin-  
dere decet, duobus in centro earum diametris orthogonicos, id est, æque angulari-  
ter, sese interfecantibus, quemadmodum in limbis Astrolabiorum fieri solet. Summe  
men conandum, ut Meridiana inferioris tabulæ linea, præcise diametro, & lineæ  
Meridianæ superioris tabulæ subiaceat. Et hi circuli unâ cum diuisionibus suis lim-  
bū constituunt, quem deinde ambitum inscribere licet Æquinoctialem. Quibus  
tè peractis, rotulam orbicularem uolubilem excauationi quadrangularis antea apta  
m duobus diametris quadra, ita ut duo illi diametri sese in eius centro orthogoni-  
s, id est æque angulariter, interfecantes, ritè respondeant quadrangularis illius ta-  
bulæ, cui immissa est, diametris, fiantq; harum tabularum iam non plura, sed unum  
taxat centrum. Porro ex centro rotulæ illius, adhuc alios, mediante circino, cir-  
culos describe quatuor, qui tria constituent spacia. Primum singulis 360 gradibus  
zodiaci deseruiet. Alterum numeris graduum duodecim signo-  
rum zodiaci conueniet. Tertium uero uel nominibus, uel characteribus eorundem  
zodiaci signorum assignabitur. Vt autem dictarum rerum maiorem cum  
diuisionis, tum subdivisionis notitiam habere possis, ad fabricam Astrolabiorum te  
mittimus, immò ut prorsus tibi desit nihil, hoc oculis tuis, ceu indubie demonstra-  
tionis simulachrum subiicere placuit.

27 iij Tabula

III A B C D

Römisches Aequinoctium, in quibus quibus, in uocant, mensuris  
tabulis, quibus eadem rotula inuenitur, fabricare, eam  
demum in congruas distinguere partes.